



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

1. Universis & singulis &c. Edictum super Residentia Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum Beneficia personalem residentiam requirentia obtinentium, quo ut ad suam Ecclesiam Metropolitanam, ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

ANNO
1712.

minatio Tua fuisse ad Nos transmissas literas Apollonicae in forma Brevis (annexa sunt ea huic Instrumento) ad quarum literarum Apostolicarum executionem procedere, & ea, quæ Nobis à Sanctissimo Domino Nostro commissa fuerunt, prout tenemur, a diu plere volentes, de integritate zelo, prudentia, & doctrina, quibus Reverendissimam Dominationem Tuam insignitam novimus, plurimum in Domino confisi, vigore facultatum Nobis in praeserto Brevi hac in parte concessum; Nos prædictus Hieronymus Archiepiscopus Tarvensis, Reverendissimam Dominationem Tuam per praesentes committimus, ut omnibus & singulis Canonice Osnabrugens. Ecclesiae Catholicae fidei propositis, vel quibuscumque aliis, qui de excessibus in supradicto Brevi expressis quomodo culpabiles sese Reverendissimam Dominationi Tuæ denunciaverint, ac propterea humiter absolucionis beneficium à censuris præmissis de causis incursis imploraverint, factâ prius per eos, vel quilibet eorum declaratione, quod ipsi præmemorati Brevi, ac omnibus & singulis, quæ in eo continentur, sincerâ, ac debitâ obedientia in omnibus, & per omnia se submittant, ac factâ itidem promissione, quod in futurum à similibus abstinebunt, & quidquid eis ulterius injunctum fuerit, observabunt, & adimplent, à censuris & penis Ecclesiasticis quibuslibet, quas propter eadem præmissa quovis modo incurserint, seu incurrisse dici, censi, aut prætendi possent, injunctione cuique pro modo culpa penitentia salutari, in utroque foro autoritate Apostolica Nobis, ut praefertur, à Sanctissimo delegata in forma Ecclesiae consuetâ absolvat, & totaliter liberet dictasque penas eis, & eorum cuilibet gratiosè remittat, & condonet, ac cum illis super irregularitate per eos, qui à censuris hujusmodi propter præmissa innodati, Missas, & alia divina officia, (non tamen in contemptu Clavium) forsitan celebrarunt, aut alias in suis Ordinibus ministrarunt, quomodolibet contracta, ad quemcumque effectum in utroque pariter foro dispensem, ipsoque, & eorum quilibet, ad famam, gradus, & dignitates, nec non Beneficia, & Officia Ecclesiastica quæcumque per eos canonice obtenta rehabiliter, restituat, & plenariè reintegret. Injungimus prætre Reverendissimam Dominationem Tuæ, ut tam de adimplemento conditionum, quod, ut præmissum, præcedere debet absolucionem eorum qui in præfatis excessibus se culpabiles accusaverint, quam de ipso effectivo actu absolutionis eidem concepta, publicum per Notarium, aut Cancellarium ad id per Reverendissimam Dominationem Tuam specialiter deputandum, mandes confici Instrumentum registrandum in pede anni exemplaris Brevis, quod ad Nos postmodum in formâ probant transmises. Datum Colonæ 30. Septembri 1718. Pôfificatus Sanctissimi Domini Nostrî Anno XVIII.

Ita actum est prima Decembri 1718.

Hyacinthus Episcopus Heliopolensis suffraganus, & Vicarius Generalis Osnabrugensis ad hoc subdelegatus manu propria.

Loco † signi.

N. N. Canonicus Osnabrugensis.

Loco † signi.

Actum coram me, ut supra, prima Decembri 1718. in Curia Episcopali Illusterrimi, & Reverendissimi Domini mei Hyacinthi Episcopi Heliopolien. suffraganei, & Vicarii Generalis Osnabrugensis ad hunc specialem casum subdelegati ab Illusterrimo,

& Reverendissimo Domino D. Archiepiscopo Tarvensi ad partes Rheni, & Germania inferioris Nuncio apostolico.

Loco † signi.

Natalis Denis Notarius Apostolicus Juratus manu propria.

ANNO
1712.

PARS SECUNDA.

Comprehendit Edicta, Decreta, Monitoria, & Mandata memorabilia ad Spirituale, ac temporale Urbis, Ditionisque Pontificia Regimen pertinentia, quæ CLEMENTE XI. PONT. MAX. ejusque auctoritate ab Eminentiss. & Reverendiss. DD. Cardinalibus Vicario, Camerario, Signaturæ Justitiæ Praefecto, & Prodato: Nec non à RR. PP. DD. Gubernatore Urbis, Auditore Generali, & Thesaurario Generali C.A., Auditore Papæ & Congregationibus particularibus à Sanctissimo specialiter deputatis prodierunt: *Juxta temporis seriem disposita.*

EDICTUM

Super Residentia Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum Beneficia personalem residentiam requirentia obtinentium, quo ut ad suam Ecclesiam Metropolitanam, Cathedralem, Abbatalem, seu alias quomodocumque residentiale infra præscriptum tempus se confentant, admonetur.

Gasper Misericordia Divina Episcopus Sabinen. S. R. E. Cardinalis Carpinus, Sanctissimi D. N. Papæ Vicarius Generalis, Romaneque Curia ejusque Districtus Juxta ordinarius Eccl.

Universis, & singulis Reverendissimis DD. Archiepiscopis, & Episcopis, alisque quibuscumque quovis nomine, & titulo Ecclesiæ Praefectis, in Urbe, & in Romanâ Curia existentibus. Ex ordine Sanctissimi D. N. Clementis Divinæ providentia Papæ Undecimi vivæ vocis oraculo nobis desuper facto præcipimus, & expressè mandamus, eosque requirimus, & monemus, quatenus ad memoriam reducentes Constitutionem felic. recordationis Urbani Papæ VIII. super residentiâ Episcoporum, sub die duodecima Decembri millesimi sexcentesimi trigesimi quarti editam, illi in omnibus sese conformare, & cum effectu parere debeant sub penis, & censuris in ea contentis.

S. i. Parique modo universis, & singulis Clericis Beneficiariis cujuscumque conditionis, gradus, dignitatis, & præminentia in eadem Alma Urbe existent, qui in suis Ecclesiæ Parochialibus, Dignitatibus, Canonicatibus, vel aliis quibuscumque Beneficiis Ecclesiasticis de jure, vel confuetu-

dine

Singulis obligatis ad personalem residentiam in Ecclesiis affigatur terminus duodecim dierum ad discedendum ab Urbe.

Et ad conserendum se ad residentiam sub certis poenitis.

Alia poena constituitur contra inobedientes.

Post sex mensibus poena decernitur privationis Beneficiorum.

dine personalem residentiam facere tenentur, de mandato ejusdem Sanctiss. D. N. Papae (revo- cando in primis omnes, & quasunque licentias supradictas, omnibus quomolibet concessas) stitutæ præcipimus, & mandamus, eosque mo- nemus, & requirimus, quatenus infra duodecim dierum spatum, quorum quatuor pro primo, quatuor pro secundo, & reliquos quatuor pro tertio, ultimo, & peremptorio termino eisdem, & cuilibet eorum assignamus, debeant, & qui- libet eorum debeat, omni morâ, & cunctatione postposita, ab eadem Urbe, & Romanâ Curiâ discedere, & ad suas Ecclesiæ, seu beneficia rectis itineribus se conferre, ibique personalem fa- cere residentiam. Quod si nostris hujusmodi, immo verius Apostolicis monitionibus non paruerint, ultra penas in Sacrosancti Concilii Tridentini Decretis, & Apostolicis Constitutionibus con- tentas, eo ipso penam centum scutorum incur- riant applican. pro medietate Reverenda Cameræ Apostolicae, & pro alia mediatae secrero De- nunciatori, nec non carceris ad nostrum arbitrium quoad Beneficiatos tantum.

§. 2. Et si aliquis prædictorum, elapsis ter- minis præfatis, per mensem neglexerit ad Curiâ recedere ad affectum se conferendi ad suam Ec- cleiam, ibidemque residendi, ut superioris est mandatum, ex tunc fructus Beneficiorum resi- dentiam, ut præferrut, requirentium non faciat suos, nec tutâ conscientiâ, alia etiam declaratione non sequutâ, illos sibi detinere possit: sed teneatur illos fabrica Ecclesiarum, aut pauperi- bus loci erogare, aut ipso non erogante, per Superiorum Ecclesiasticum ad dictam erogatio- nem faciendam compellatur.

§. 3. Lapsis vero sex mensibus, & præmissis non adimpletis, ipso facto, & absque alia sententiâ, eisdem Beneficiis, & dignitatibus sit ipso jure privatus, itaut illa Sedes Apostolica tantum con- ferre valeat, eademque ab ea respectivè possint impetrari, & provisiones per ipsam factæ debita exequitioni demandari debeant quacumque ap- pellatione postpositâ, verificato dumtaxat coram Vicario Exequotori litigiarum simplici facto contraventionis. Certificantes omnes, & singulos prænominationes, quod in morosos, & contumaces irremissibiliter procedetur ad præfatarum pon- narum exequitionem: Volumus autem, & de- cernimus, quod præsentibus nostris literis, ea- rumque copiis impressis, in locis solitis affixis, & publicatis, quoscumque corum arctet exequio, perinde ac si personaliter intimatae fuissent, vel ostense. Dat. Roma ex Aëribus nostris Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1701 die verò 5. Februario Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divinae Providen- tiæ PP. XI. Anno ejus Primo.

Gasper Card. Vic.

Nicolaus Antonius Cuggiò Sevr.

Supradictum Edictum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curæ, in acie Campi Flora, & aliis locis publicis, & consuetis die, & anno supradictis per me Sanctem Fabrum Curia Eminentiss. & Re- rendis. D. Cardinalis Vicarii Mandatarium.

Bullar. Rom. Continuat. Pars II.

EDICTUM

Pro Puellis admittendis ad habitum Monasticum & Novitiis regularem professionem emissuris.

Gaspero per la Misericordia di Dio Vescovo di Sabina della S. R. C. Card. Carpegna, della Santità di Nostro Signore Vicario Generale &c.

LA Santità di Nostro Signore ordina, che le RR. Madri Abbadesse, Priore, Superiore, Camerlenghe, altre Officiali, Monache, ed Oblate tutte de i Monasteri di Roma senza veruna eccezione debbano osservare, tener assisi, e leggere ne i tempi assegnati, cioè nella prima Domenica dell'Avvento, e terza doppo la Pente- coste, la Costituzione della fan. me. d'Alessandro VII. emanata li 24. Settembre 1657. per modera- re le vane, e superflue spese ne i fudetti Mo- nafteri, e trasportata per maggior intelligenza, e per non andar in diffuso, in volgare. Ed inoltre gli Editti pubblicati da Noi per ordine della fan. me. d'Innocenzo XI. li 19. Novembre 1676. e li 28. Febraro 1674. incatando specialmente la Santità Sua quelli che nell'ultimo Editto diffusa- mente si dichiara circa le Zitelle d'ammettersi all'Abito, e le Novizie alla Professione, cioè che le medeme, nè il loro Parenti, o alcun'altro in nome delle sudente passandone cosa alcuna per occasione di dette funzioni, nè in denaro, nè in specie, tanto alle sudente Superiore, Officiali, Monache, Converse, Novizie, Educande, quanto al Confessore, Fattori, ed altri Ministri Se- colari, o Regolari sotto le pene a chi contrave- nisse tanto nel dare, come nel ricevere, conte- nute nella detta Costituzione Apostolica, ed Editti, che sono la privazione degli loro Offici alle Superiore, e della voce attiva e passiva all'altre Monache, riservate al Somme Pontefice, ed altre pene a nostro arbitrio, e parimente, che in occa- sione delle nominate funzioni non si faccia pompa alcuna d'apparati fuori della Chiesa; ma che si adorni al di dentro con gli apparati, argenti, e suppellelli del medemo Monastero: Permet- tendosi solo, che a titolo d'una moderata ricrea- zione si contribuisca dalle dette Zitelle, o Novizie, o da i loro Parenti una limitata somma da arbitrarsi dalla Superiora di ciaschedun Monastero, con nostra approvazione (dove però vi è l'u- fo,) e che non ecceda la quantità di quattro giulii per ciascheduna di quelle, che commo- no ne i Monasteri, e devono partecipare di detta ricreazione. Di più si diano solo le candele ne- cessarie per la Chiesa in quella Funzione, ed una candela a ciascheduna Monaca, che non dovrà ec- cedere il peso di mezza libra; Ed acciò non si manchi alla puncta l'osservanza, come N. Sig. con sommo suo dispiacere ha sentito, che si tra- cura in alcuni Monasteri di quest'Alma Città in grand pregiudizio dell'osservanza Regolate, e della vocazione di tante oneste Zitelle, che per l'e- cessività delle dette vane spese, non abbracciano lo stato religioso; La Santità Sua coll'oracolo della sua viva voce ci ha incaricato di far pre- cetto formale di Santa Ubidienza, sicome fac- ciamo a tutte le RR. Madri Abbadesse, Superiore, Officiali, Monache, ed Oblate, ancorche non habbiano clausura, o voti, che oltre le co- se sudente permette non ardiscano pigliar altro, sia denaro, o qualunque roba in specie dalle Zitelle, quando pigliano l'abito, nè dalle No- vizie per causa, o quando fanno la professione, nè dalli Parenti delle medesime, nè da altri in nome loro per qualsivoglia tempo prima, o doppo le dette funzioni, sotto qualunque titolo, colore,

II.

Observari
mandat Cons-
titutionem
Alexandri
VII.

E Italia Edic-
ta sub Inno-
centio XI.
pronulgata.

Regular
prescribi-
affumpti
habitus,
profe-
servandi